



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. VI. Ad cap. 46. 51. 54. de Elect. & Ele. pot.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

Vide de eo Glabrum Rudolphum, P. Diaconum lib. 1. Longob. &c., Ivonem Epist. 19. Ostendit Legatus Apostolicus tituli S. Johannis & Pauli, qui primo Honorii Pontificatus anno missus est non in Angliam, sed Galliam. Fuit is Bertrandus. Pro Abbe S. Vindoci, quem Raymundana editio nominat, in compilatione V. ponitur: *Sancti Judoci.* Duæ sunt Abbatia hujus nominis, in diœcesi Ambianensi, una quæ vocatur Dammartini S. Judoci in nemore, ordinis Præmonstratensis fundata anno 1121. Alia vocatur S. Judoci ad mare S. Jossæ sur la mer, sive Pontivium, Pontieu, ordinis Benedictini, fundata à Carolo M. dicta, Quentavicus olim, & simpliciter quoque Vicus. Vide Dn. Baluzium notis ad Lupum Ferrariensem, ubi in appendice p. 507. præceptum Karoli Calvi de hac cellâ Judoci exhibet, sed censet Cironius rectius hic retineri S. Vindoci Bergensis, familiæ Benedictinæ, diœcesis olim Moriensis, nunc Iprensis. Vulgo Winoxbergen.

C A P. VI.

Ad cap. 46. 51. 54. de Elect. & Ele. pot.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|---------------------------------|
| 1. Cap. 46. agit de electione Rothomag. | 4. Prioratus Leuvensis. |
| 2. Cap. Dudum. 54. b. t. | 5. Cap. 51. cui rescribatur. |
| 3. Laici ab electione Prælatorum exclusi. | 6. Abba Cicestrensis. |
| | 7. Monasterium, à quo fundatum. |

*Cap. 46. agit
de electione
Rothomag.*

*Cap. Du-
dum. 54.
b. t.*

Agitur de electione Rothomagensis Archiepiscopi post mortem Roberti Pulli, electi anno 1208. qui sedit usque ad annum 1221. in cuius locum successit Theobaldus, ordinatus anno 1222. de quo Guillelmus Brito lib. 12. Philipp.

Et qui Rothomago Theobaldus præsidet urbi.

Post hujus obitum rursus disceptatum fuit super electione sub Gregorio IX. ut videre est ex cap. Dudum. 54. b. tit. ubi tractatu habito & publicato scrutinio, antequam electio fieret, appellatio ad Rom. Pontificem devoluta est, & tunc demum scrutinium delatum. Vide Glossam b. l. & Panormitanum dissentientes inter se.

Cate-

Cæterum Laicos penitus excludi ab electione Prælatorum. *Laici ab e-
non tantum in Ecclesiis conventionalibus vel monasteriis, sed etiam lectione
in collegiatis, eisque, licet Patroni sint, assensum solum relinqui Prælatorū
electioni jam factæ, ex capit. 51. & 56. constat. In quo cap. 51. re exclusi.
scribitur Abbatii Cluniacensi, cui Prioratus S. Pancratii Leuvensis, Prioratus
diœcesis Cicestrensis in Angliâ (chichester sub Archiepiscopo Can- Leuvensis.
tuariensi) subditus est, ut habet catalogus Cœnobii Cluniacensi. Cap. 51. cui
Tertius locus inter Piores assignatur in Bibliotheca Cluniacensi rescribatur.
huic Priori Leuensi, post Priorem claustralem Cluniensem. *Abba Cice-
Fundatum est hoc monasterium à Guillermo Varenniæ Comite in frensis.
Provinciâ Sussexia, Cambden. in Britan. Unde in nostro cap. 51. ne- Monaste-
que Valerniâ, neque Varenta, sed Warennia, Varennia, Varenna rium, à quo
recte legitur.**

C A P. VII.

Ad tit. 7. de translat. Episcop.

S U M M A R I A.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Translatio vetita.</i> | 5. <i>Migratio prohibita, non trans-
lato.</i> |
| 2. <i>Nisi sicut ex causâ honestâ.</i> | 6. <i>Canon Sardicensis. 2. quam-
mutationem improbet.</i> |
| 3. <i>Causam cognosit Metropoli-
tanus.</i> | 7. <i>Gregorii Nazianz. translatio
improbata.</i> |
| 4. <i>Differentia inter μετάγεσιν,
μεταβασιν & θηρίασιν.</i> | 8. <i>Epistola Anteri supposititia.</i> |

IN canone Niceno 15. vetatur ὡς τε δόπο πόλεως εἰς πόλιν μὴ με- *Translatio
ταβάνειν μήτε θηρίου μήτε πρεσβύτερον μήτε Διάκονον, ut vetita.
à civitate in civitatem neg̃ migrare liceat Episcopo, neg̃ Presby-
tro, neg̃ Diacono.* Quod confirmatur in concilio Antiocheno
c. 21. & Sardicensi c. 1. & 2. Synodus Romana sub Damaso com-
munione privat ab unâ Ecclesiâ in aliam commigrantes quamdiu
ad primam non redierint. Concilium Carthaginense can. 48.
damnat in universum translationes, easque jam in Synodo Ca-
puensi damnatas pronunciat. Prohibentur igitur his aliisque
locis migrationes & invasiones avaritiâ aut ambitione susceptae
absque auctoritate superiorum: Non item translationes, quæ
funt